



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 115. Plurimi in hac Regione a Xaverio ad Christi cultum permoti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](#)

erant  
chor-  
i Gu-  
Rege  
icensi  
o hoc  
Oxi-  
egis,  
quam  
testes  
  
Kave-  
  
ma-  
donis  
com-  
enti,  
n ille  
n au-  
æ of-  
egem  
legis  
atem  
o op-  
polle  
oprio  
ratus  
con-  
urbis  
usit,  
quod

quod omnibus suis subditis Christianam Sæcul. XVI.  
Religionem amplecti permitteret, seve-  
re autem prohiberet, ne quisquam Lu-  
sitanos Sacerdotes ad prædicandam  
Christi legem destinatos quovis pacto  
læderet. Insuper Xaverio Cœnobium  
quoddam hucusque a Ponziis derelictum  
ad habitandum attribuit. Ea res & no-  
men Francisco, & Religioni magnam  
conciliabat existimationem, ringenti-  
bus licet Bonziis, qui e nobilitate plu-  
res ad Christi fidem conversos indigna-  
ti nullum non movebant lapidem, ut  
Xaverium in Apostolicis suis laboribus  
turbarent. Nihilominus ipse bis in die  
concionem ad populum habebat, mag-  
na semper civium frequentia, quamvis  
suo loquendi modo non raro audienti-  
bus risui esset, eo quod Japonicæ linquæ  
in scititia laboraret.

A.C. 1551.

## §. CXV.

*Plurimi in hac Regione a Xaverio ad  
Christi cultum permoti.*

Primis duobus Apostolicæ prædica- *Tursi. l.c. 8.*  
tionis Mensibus Xaverius quingen-  
tos cives sacro fonte abluebat, qui una-  
omnes infaustam Majorum suorum for-  
tem, æternæque infelicitatis damna  
deplorantes, lacrimis ubertim profusis  
a Xaverio sciscitabantur, ecqua spes,  
ecqua via foret æternam a Majoribus  
fuis

Sæc. XVI. suis miseriam depellendi ? Quibus X.  
A.C. 1551. verius id fieri haud posse respondens,  
eis persuadere nitebatur, ut propterea  
impensis ipsi, quibus divinitus oblata  
fidei lux, salutisque via esset, Deogra-  
tes rependerent. Denique elusis omni-  
bus Bonziorum artibus, eorumque au-  
toritate plurimum imminuta, jamjam  
Japonum ad fidem conversorum plus-  
quam tria millia recensebantur, qui  
una omnes a Xaverio necdum Amangu-  
cii per integrum annum agente Chri-  
stianorum coetui per sacrum fontem in-  
serti fuere, eoque Magistro, ac Ducto-  
re hi Neophyti tam uberes quoque in  
legis Divinæ cognitione progressus fe-  
cerunt, ut Xaverio inde abeunte ipse  
met per plusquam viginti quinque an-  
nos in fide constantes permanerent, et si  
non solum veritatis Magistro, ac Dire-  
ctore destituti, sed etiam a perversis  
Principibus crudeliter vexati  
fuissent.



HISTO.